UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Debitoribus ciuitarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

ff.de iuſt.⁊ iur.tunc faciēdo primo legem circa formam, ⁊ modum
alienandi,vel circa ipſam alienationem.valeret enim alienatio ſer
uata forma legis municipalis, licet diſcreparet ab iſta.Caſus eſt
5 in l.prohibere.§.plane.ff.quod vi aut clam. ¶†Ultimo Spec.in-
ducit ad q.iſtam,quod in inſtrumento ſyndicatus debeant ſingu-
c lariter inſeri omnia nomina conſtituentium ſyndicum,[c] vt ibi,ſi-
gillatim vnumquenque,vt no.in Specu.in tit.de ſyndico.§.j.verſi.
item opponitur quod nomina,⁊c.De quo dixi plene in l.j.ff.de al-
d bo ſcribendo.facit extra de procu.c.fi.[d]

ADDITIONES.

a ALEX.¶Adde Bar.in l.prohibere.§.plane quod vi aut clam'
⁊ in l.ibi,ne quid in loco publico.vbi dicit quod in ciuitatibus re-
cognoſcentib. ſuperiorem eſt conſilium ꝙ ciuitas facit ſtatutum
quod res ciuitatis poſſint vendi,quo caſu poterit vendi ſine licen
tia Principis. ¶Sed contra hoc facit.ſ.de rebus ſine decreto
alien.vbi minor alienando,teſtando,in quo dicitur legem facere ſi
bi,non poteſt ſine decreto id facere.vt ibi Bald.
b ALEX.¶Adde quod iſta diſtinctio facit pro illa q.queritur,an
officialis iurans ſeruare ſtatuta porrigatur illud iuramentum ad
futura ſtatuta.de qua per Barol.in l.ſi ſtipulatus eſſem.§.j.ff.de
verb.ob.⁊ Bal.in l.ſi ſeruitus,de ſeruitu.vrba.predio.vbi indiſtin-
cte tenuit quod extendatur ad futura.Sed diſtinctio Bar.melior,
per quam ſaluabuntur multa contraria.
c ¶Omnia nomina conſtituentium ſyndicum.Adde iſtum in l.om
nib.⁊ quod ibi poſui in apoſtil.ad ipſum in verſicu.qualiter conſti-
tuatur ſyndicus.ff.ad Tertul.
d ALEX.¶An nomina antianorum debeant inſeri in iſtrumento
ſyndicatus fiendi ſiue facti,vide per Hoſt.de ſyndico.in §.qualiter
in ſumma,qui tenet quod ſic.niſi eſſent nimis. Uide etiam ſpec.de
ſyndico,in §.porro,⁊ Bal.in l.j.de magiſtra.conuen.⁊ Ioan.And.
in addi.in d.ver.porro cum quo tranſit Abb.in c.vnico.de ſyndi-
co.De quo vide per doct.in ca.quanto,de his que fiunt a prela.⁊
fallit in cauſis parui preiudicij,vbi nomina non ſint omnium inſe-
renda,ſed vtroque caſu ſecus eſſet,ſi notarius atteſtaretur quod
affuiſſent due partes,ſecundum Angel.in l.nulli.ff.quod cuiuſque
vniuerſitatis no.alleg.Io.Andr.in addi.in tit.de ſyndico,in verſic.
quid ſi aliquid in aliquo inſtrumento.⁊c.in addi.inci.Bar.in decre
tali vltima de procura.Uide ſcripta per mod.poſt Barto.in l.j.de
albo ſcriben.⁊ Bal.in d.l.nulli.

De debitoribus ciuitatum. Rubr. XXXII.

LEX I.

NOn prius. Debitores ciuitatum non poſſunt in eis habere honorem,niſi prius debita ſoluant.hoc dicit.

LEX II.

2 Contra debitores ciuitatis qua actione agatur.
3 Caſus in quibus poſſeſſor conuenitur pro rata.
4 Uendere rem ſuam quis cogitur pro vtilitate Reipublice.
5 Emens a fiſco rē debitoris vendentis vt ſuam,quando poſſit con-
uenir.
6 Poſſeſſores prediorum ruſticorum dicuntur magis idonei quam
poſſeſſores vrbanorum.

APud quos. Prima pars eſt clara. nota
quod in debitis annuis ⁊ mē-
ſtruis differre ſolutionem eſt nociuum debitori, quia
quantitates minute ſimul coadunate faciunt vnam
magnam quantitatem,cuius difficilis eſt ſolutio,⁊ ſic
poſſet ex hac culpa tutoris,vel alterius adminiſtratoris redargui.
Secunda pars incipit ibi ⁊ quia nefas,⁊ hoc dicit. Excuſſo debi-
tore ciuitatis,conueniuntur poſſeſſores pro rata eius quod poſſi-
a det condictione ex iſta l.hoc dicit.[a] Oppo.hic dicitur obnorij con
tra ciuitas non habet bona obligata,vt.ſ.de iure Reip.l.ij.ſol.qui
dam intelligunt obligata expreſſe vel tacite, ⁊ proprio priuilegio
ciuitatis.Uel pone debitorem obligatum ex adminiſtratione,quo
caſu bona ſunt obligata ad ſimilitudinē tutoris,vt ſ.de admi.tut.
1 l.pro officio.iſti caſus ſunt veri in ſe.†Et nota iſtam vltimam poſi-
tionem hic in gl.quod cōtra adminiſtratorē ciuitatis habet tacitā
hypothecam,tamen quantum ad hanc legem non eſt bonus intel
lectus,nō em̄ tūc cōuenīretur quilibet poſſeſſor pro rata,ſed a quo
libet poſſeſſore tota res aduocaretur.ſ.ſi vnus ex plu.de.vel cred.
l.j.⁊ ij.⁊ ſ.de diſtra.pi.l.quamdiu.ff.de diſt.pi.l creditor, ⁊ ff.de iur.
fiſ.l.Moſchis,⁊ ibi not.Dicendum eſt ergo quod bona non erant
obligata,ſed dicuntur obnoxia eo ipſo quod erant debitoris ciui-
2 tatis. ¶†Sed quero qua actione agetur contra debitores. Re-
ſpō.cōdictione ex l.iſta,⁊ eſt ſpecialis caſus fauore ciuitatis, alias
autē ſi quis poſſideret aliquas res que fuerūt debitoris mei. que
non eſſent mihi obligate,non poſſet a me conueniri.niſi eſſet facta
alienatio in fraudē.tūc reuocaretur ꝑ ti.de his que in frau.cred.⁊
in his fieret executio.ſicut ſi eſſet in bonis debitoris.Inſt.de act.
3 §.ſi qs in fraudē.† Quero vtrū ſint alij caſus,in quibus poſſeſſo-
res conueniantur pro rata,gl.ponit aliquos.¶Primus eſt ſ.cō-
munia de le.l.j.in fi.ſed certe ibi non tenebantur pro rata eius qđ
valet,ſed tenentur in totū pro portione hereditaria qua tenebat
heres.cuius res fuerunt.Itē ponit exemplū,qn̄ duobus pro rata
ſimul obligatur eadem res,tunc quilibet agit pro rata ſui debiti.
Item cum plures mittūtur in poſſeſſionem ex cauſa damni infe-
cti,vt in gl.Sed iſta exempla non conueniunt.nam ibi eſt verū qđ
creditores agunt pro rata ſui debiti.hic vero loquitur cū poſſeſ-
ſores conueniūtur pro rata eius ꝙ poſſidēt.⁊ ſic diſſimilis caſus
eſt,credo ego,ꝙ hic caſus ſingularis eſt. Tertia pars incipit ibi,
ab eo autem.⁊ hoc dicit.Debitor ciuitatis,qui alienauit ei maio-
4 rem partem,cogitur eidem alienare minorem.h.d.¶†Not.ꝙ pro
b vtilitate Reipu.cogitur quis vendere[b] ſuas res ⁊ hoc haberet lo
cum in illis ciuitatibus.que pecuniam ſuā credunt.⁊ mutuāt.ex-
pedit em̄ eis vt ibi ſint locupletiores poſſeſſores.quibus pecunia
poſſet cedi.¶Item no.arg.pro ſtatutis quarundam ciuitatū. in
quibus continetur qđ qui iuxta confinia habent magnā poſſeſſio
nem,qđ cogantur vicini eis vendere,ꝙ de iure cōmuni non eſſet.
Quarta pars incipit ibi,ꝙ ſi quiſpiam,⁊ breuiter hoc dicit.quod
emit a fiſco bona debitoris vendentis vt ſua,non poterit condi-
5 ctione ex lege iſta conueniri.h.d.¶†Ad partem iſtam oppo.ff.de
pet.hered.l.etiam ſi putauit.§.ſi quis a fiſco.Sol.Hic emit rē ſin-
gularē,ibi emit vniuerſalem.Uel aliter.illa corrigitur per l.bene a
Zenone.de qua.preſcr.Et iſtam partem Pe.tenet,ſed prima vide
tur verior ꝑ hunc tex.qui dicit ſecundū ius vetus ergo in hoc non
differt ius antiquum a nouo.Tene ergo primam que ibi ponitur
6 in gl.†Quinta pars incipit ibi,ꝙ ſi quis debitor.iſta eſt clara.No.
ex fin.qđ magis dicuntur idonei poſſeſſores prediorū ruſticorum
quam vrbanorum.Nā vrbana ſubiacent maioribus periculis, vt
incendij ⁊ ruine.Facit ff.de ne.ge.l.diuortio.⁊ de mino.l.vtrū §.ex
facto.⁊ ꝙ no.ff.ſolu.matr.l.ij.circa prin.¶Ultimo gl.ponit hic ea
que ſunt ſpecialia in debitore ciuitatis,quam ſigna,⁊ tene menti.

ADDITIONES.

a ALEX.¶Uide per gl.ordinariam in auth.de fideicō.§.pe.adde
caſum,in quo quis cogitur vēdere fauore libertatis,in l.j.§.ſinaūt
ſocio.de ſeruo cōmuni manumi.⁊ in §.ſi.Inſt.de accu.⁊ in l.alieno.
§.ſi quis,ff.de fideicom.lib.⁊ Bar.in l.non dubium.§.j.de leg.iij.
b ¶Uendere.Quibus caſibus aliquis vendere cogatur,⁊ emere,
vide Fel.in c.j.de.Iude.poſt prin.ver.vltimo no.

De periculo nominatorum. Rub. XXXIII.

LEX I.

2 ☞Officialis ad hoc vt eius nominator nō teneatur,quo tempo-
re debeat eſſe ſoluendo.

SI qui. Electores officium publicorū non tenen-
tur pro electis,lȝ fideiuſſores non recepe
rint,ſi tempore depoſite adminiſtrationis ſoluēdo fue
1 rit.h.d.¶Op.ſ.de magiſt.conue.l.j.§. ſi magiſtrat'.
Sol.Aliud in creatione tutorum,aliud in eo,qui creat officiales
publicos.In his em̄ non eſt neceſſitas exigendi fideiuſſores,ſi ſol
uendo.¶Op.de l.diuortio.ff.de neg.ge.Sol.Intelligas ꝙ patri-
moniū officialis non fuit diminutū ſubito,dū depoſuit adminiſtra
tionē,ſed ſtetit per tēpus,ita ꝙ officiali qui eum debebat conue-
nire.potuit imputari culpa,vt hic,alias teneretur nominator,vt
2 in l.contraria ¶†Op.ꝙ non ſufficiat quem eſſe ſoluendo tpe de-
poſiti officij,ſed tēpore litis conteſtationis, vt ff.de fideiuſ.l.inter
cos.§.j.Sol.hic loquitur de his que incidunt in obligationem ex
neceſſitate,ibi in his qui ex voluntate.Idem no.Cy.in l.ex perſo-
3 na.ſ.de proba.¶†Querit gl.cui incumbit probatio qđ tempore
depoſiti officij erat ſoluendo.Reſpondeo, nominatoribus,vt l.j.
§.ſi magiſtratus.de magi.conue.Et aduertendum quod non ha-
bet nominator neceſſe probare quod eſſet ſoluendo tēpore depo-
ſiti officij tantum.ſed etiam poſt tanta tempora quod poſſet offi-
ciali culpa imputari,vt dictum eſt.

LEX II.

2 ☞Nominator officialis quando tenetur ex ſola nominatione.

a **SI ſucceſſoris.** Nominator tenetur pro nominato[a] officiali, qua-
tenus ipſe cōuenitur ex perſona ſua,nō in eo,ad ꝙ cō
uenitur ex perſona,alterius nominati ab eo.hoc dicit.
1 ¶No.ꝙ ad magiſtratū pertinet ſibi nominare ſucceſſorē,electio
vero pertinet ad conſilium,vt l.ij.ſ.de decur.ita dicit gloſſ.⁊ bene.